



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Assertio Omnivm Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

Luther, Martin

[Basel], 1521

VD16 L 3876

Qvartvsdecinvs Nullus debet et sacerdoti respondere sese esse contritum,
nec sacerdos requirere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33308

ARTICVLORVM DAMNATORVM

& quilibet Christianus absoltore potest Mat. xvij. clare patet, ubi Christus oib[us] Christianis, dicit: Quodcumq[ue] solueritis super terram solutum erit in cœlis. Hanc iniunctionam autoritatem non mihi subuentent. Qui enim baptizatus est, spiritum Christi habet, ubi autem spiritus Christi, ibi omnium potestas & libertas.

QVARTVS DECINVS

Nullus debet sacerdoti responderet se esse contritum, nec sacerdos requirere.

Hoc ideo dixi, quia in iudicio dei haec res consistit. Dicit enim Paulus, 1. Cor. iiiij. Nihil mihi conscientia sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et x. Non qui seipsum commendat ille probatus est. Et supra dictum est: Delicta quæ in telligitur. Si ergo deberet homo respondere se esse contritum, cogere ad hoc impossibile, ut delicta sua intelligeret, & seipsum iustificaret ac probaret. Nec autem in misericordia dei situm est, quæ contritione propter fidem acceptat, ignorans ubi non satisfuerit. Sic enim fides faciat, ut contritio, quæ de se nulla est satis, nec contritio quidem, pro contritione reputetur. Non enim contritio, sed fides reputatur ad iusticiam, Ro. iiiij. At isti seductores data opera uolunt nos super nostrum opus ædificare, & ad mendacium cogere. Cum enim nemo sua peccata agnoscat, quomodo potest se esse uere contritum asserere? Immo cum in primo articulo dictum sit, omnes sanctos adhuc in carne peccare & peccato seruire, tutius fuerit cum David dicere: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, & confiteri se non esse dignæ contritum ac pro hoc ipso gemere, quod resistente fibi lege peccati in membris, contritio digna non possit, ut ad misericordiam promissionem per fidem configiat & hac ipsa fide impetraret, quod contritione impetrare non potest.

Fidem sacerdos exigat. Igitur fidem potius exigit sacerdos, & hanc asserat poterit.

Conteri digne non possumus.

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

nitens, dico: Ego credo. Fidem autem certissime senti
re potest, in corde si ea habet, ut Augustinus dicit. Et Pau
lus. ij. Coninth. ult. Vosmetipso tentate si estis in fide,
ipsi uos probate: An non cognoscitis uosmetipso? quia
Christus Iesus in uobis est, nisi forte reprobri sitis. Ecce
scriptura docet fidem sentiri, & tamen negat omnia pec- Fides sentit.
cata intelligi, ac per hoc fidei tutius quam contritioni in-
nitendum sit.

Q V I N T V S D E C I M V S.

Magnus error est eorum, qui ad sacramentum
Eucharistiae accedunt, huic innixi, quod sint confessi,
quod non sint sibi conscientia alicuius peccati mortalium,
quod præmiserint orationes suas & præparatoria,
omnes illi iudicium sibi manducant & bibunt: Sed
si credant & confidant se gratiam ibi cõsecuturos,
Hæc sola fides facit eos puros & dignos.

Hie Paulus stat pro me, dices: Nihil mihi cõscius sum,
sed nō in hoc iustificatus sum. Ecce oīa rejicit, nisi fidem
solam, de qua dicit Rom. iiij. Iustificans eum qui est ex fide.
Quare adhuc dico, si fidē exclusas, oīaque facis deceptio-
nes sunt & peccata, Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide
peccatum est. Cum enī in sacramento quiolibet sit uerbum
præmissionis, ut superius diximus, necessario sequit, qd
non opus ullū, sed fides exigit. Quanq̄ uerum sit, fidem
non esse posse, sine seqnētibus operibus. Verūm impij illi,
nos operibus, tū ante fidē, tum sine fide, magnificatis, per-
dere uolāt, hos tū lupos deuita. Crede primū uerbis sacra-
menti & hac fide purificatus, tū si libet præpara, ora & fac
quaē uoles. Oportet enim accendentem ad deum credere,
& sine fide impossibile est placere deo, Heb. xj. Et postu-
let in fide nihil hæsitās, Iacobi. j.

Ff ij Decimus

Nota erroris

Fides nō est
sine operib.
sequētibus.

volub. committit
fr. fanor